Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26092
Copyright: Admont, Benediktinerstift

tate habuit ut exigere. Videntes autem conservi eius quae fiebant. Conservi fideles
quique secundum intellegendi qui eum uident aliquem fratrem qui per penitentiam remissionem
peccatorum fuerat adeptus non uelle misereri conservi sui id est dimittere fratri in
se peccanti. contristantur de eius interitu et perditione. quia uident eum transgres
sorem dominici preceptum. et ueniunt non corpore sed corde. et narrant domino omnia. Domino
narrare est. dolores et contritiones cordis in ipso affectu demonstrare. Tunc uo
cauit eum dominus suus. id est uocauit per sententiam mortis. et ab hoc seculo migrare iussit. Serue nequam. omne debitum dimisi tibi. Est sensus. Serue male et inutilis. non
ne debita maiorum criminum dimisi tibi. Quare quod non dimisisti minora peccata fratri
tue peccanti. In eo quod seruus iste nichil domino respondit. demonstrat quia in die
iudicii omne argumentum excusationis cessabit. Et iratus dominus. Irasci dominus dicitur. cum un
dictam de peccatoribus sumit. Tradidit eum tortoribus id est demonibus. qui ad hoc parati
sunt. ut perditas animas suscipiant. et eas in eterna pena torquean. Quo adusque red
dere uniuersum debitum. Non hoc ita accipiatur. ut postquam dimersus fuerit in
pena eterne dannationis. habeat licentiam redeundi. quo adusque hic pro infinito ponit
uidum et hoc. donec soluat nouissimum quadrantem. Quare autem hec similitudo posi
ta sit cum subdit. Sic et pater meus celestis faciet uobis. Querit quare non dixit ego faciam.
sed pater meus faciet. cum pater non iudicet quemquam. sed omne iudicium dat filio. quia sola
filii persona in iudicio apparebit. Cum enim iudicat filius. iudicat et pater. quia utrique
una substantia est. et pater per filium. et filius operatur in patre. Non enim mentitur ueritas. si enim
fallit. aut fallit xpc qui ait. Sic et pater meus faciet uobis. Si enim imitari patrem non uis.
exhortaris. Si non remiseritis. unusquisque fratri suo de cordibus uestris. Ne dicas. in lingua
ignosco. et corde disseras supplicium. minando iudicia. Nouit dominus ubi dicas. uocem
tuam homo audit. conscientiam tuam dominus respicit. Si dicas dimitto. dimittit medicina